




**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

V. Quid, quibus, & ad quam distantiam loqui Angelus possit, ac illi audire?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

libito naturæ negetur. Cum ergo voluntas illa Angeli loquentis conceptus, & voluntatis ipsius manifestatiua specierum propriarum utriusque prædicta omnia eminenter contineat, ipsi physica actiua principium est: Agens cuius potentia actiua physica voluntas est (vt de Deo diximus, tom. 1. de Deo vno, controu. 1. d. vltim.) eo modo, quo velle potest posse operari: vnde, cum velle possit operari in distans quin in propinquum operari velit, nihil operando in medio operari in distans poterit, ex quo controu. eadem de immensitate Dei, eius ubi-quitatem ex eius operatione, ubique perperam inferri à Theologis non paucis ostendimus: inde vero legitime etiam inferitur voluntatem manifestatiuum iudicij de rebus Angeli loquentis Angelo alteri, etiam distanti, & sui, & iudicij species proprias in eo producere absolute posse, ac defacto, si ei loquatur, producere, quin eas in medio producat, quo cessat obiectio contra Soarium. & reliquos sententia, certam. 6. impugnata Doctores & alios de productione specierum, in medio vt Angelus ad distantem loquatur: & reliqua quæ inde inferebantur, contra tertiam hanc conclusionem locum non habent.



QVÆSTIO V.

Quid, quibus, & ad quam distantiam loqui Angelus possit, ac illi audire?

AD plenam angelicæ locutionis notitiam paucula hæc facillime ex dictis decidenda oportet examinare.

CERTAMEN I.

Quid Angelus loqui aliis possit?

1. EA, quæ loqui Angelo Angelus potest, in duplici differentia sunt: nempe, conceptus de re, aut obiecto quouis, & voluntas illud alteri manifestandi, quam loquens habet, & utrumque loqui alteri Angelum posse imo necessario utrumque loqui, ac manifestare, cum alteri loquitur, certum est, siquidem necessario, eiusmodi voluntas, & sui, & conceptus, quem de obiecto habet, vel habere simulat, species proprias physice, vel exactiue à Deo saltem, vel etiam actiue in Angelo, cui loquitur, producit iuxta secundam ac tertiam, conclusionem, quæst. 4. certam. 6. à nobis statutam, ex quibus alteri Angelo utrique actus loquentis manifestetur naturaliter, & intuitiue, ni ad alia sit totus distractus, & intentus: alia, quæ loqui Angelo Angelus potest sunt obiecta alia conceptus ipsius, quem manifestate voluntate illa loquens Angelo alteri vult, suntque proinde voluntatis eiusdem, obiecta mediata, & quæ proprie & presse dicuntur materia locutionis, ac sermonis quem quis ad alium, quempiam habet. Proinde roganti, de quo quis ad alterum loquitur, vel mutuo inter se colloquantur, respondetur: de quo, est sermo; non autem de conceptu, & voluntate illud manifestandi, quæque necessario, iuxta dictum modum, alteri manifestantur à loquente. De his igitur obiectis, quæ materia proprie, & presse

dicta locutionis, & sermonis angelici sunt, inquirimus, dum, quid Angelus Angelo loqui possit, querimus.

2. Sunt autem (quod ad præsens, & Doctores sententias dilucide intelligendas iudiciumque nostrum clare proponendum attinet) eiusmodi obiecta, seu materia Angeli sermonis in duplici differentia. Alia enim sunt naturalia, & naturaliter Angelico intellectui, & intellectiui naturali obiectiui proportionata, & quorum proinde species propriae quodcumque, & à quocumque debeatur, tenentur, atque habeantur, iuxta varias Doctores sententias fæse à nobis examinatas, tom. 2. Philosophiæ controu. vltim. & nostram ibi statutam, de quibus nunc agere, atque statuere importunum esset, & inutile: cum ratio, ob quam ea obiecta Doctores aliqui à materia locutionis reiciunt, sit, quia eorum Angeli omnes species proprias, & visionem habeant intuitiuam: quare non, nisi inepte de eis ad alios loqui posse videntur, quæ quodcumque, & à quocumque eas species habeant, eandem vim habent, dum pro tempore, quo eas naturaliter habeant, quodcumque sit, dubium decidatur. Alia obiecta sunt, quorum species propriae, ac proinde visio, naturaliter Angelis non debentur: vel, quia supernaturalia obiecta sunt, vel intra obiectiuam sphaeram naturalem intellectus Angelici de se non sunt, si d. dependenter à voluntate Angeli de eis alteri manifestandis, quia in secretis cordis angelici continentur.

3. Et quidem de obiectis naturalibus omnino, & quorum species proprias independentem à loquente manifestatiua voluntate, ac subinde, intuitionem Angeli habent, quando & quando ea habent, cæcius, & Arriaga, sect. 7. subiect. 1. esse posse Angelicam locutionem multis in casibus docent. Primo: cum Angelus, cui loquendum de eis est, tamen species proprias eorum habeat, vel habuerit, fuerit tamen eius intellectus aliis intelligendis totus distractus, & intentus, ac proinde, ea ignoret, quodque alter Angelus de eis, ipsi loquatur: atque idem est de obiectis aliis, quæ loquens coniecturaliter solum nouit, alter vero, cui loquitur, aliis totus intentus coniecturali notitiæ; non incubuit, ac subinde, eam non habuit. Quod ipsum de eis, quæ euidenter discursu affectui potest, & eadem de causa affectus non est dicendum videtur. Secundo docent posse de obiectis eisdem imperatiue, siue imperatiui modi, quem Grammatici dicunt, locutione, verbi gratia *veni huc*, vel *facias hoc*. Tertio admittunt, vt de cæli fabrica, & aliis Dei operibus naturalibus, vt diuinæ bonitatis, sapientie admirationem solum alter Angelus communicet alteri, atque vicissim Deum laudent, ac ingratitudinem, & amorem erga Deum incalcescant: Sicut ex munus colloquii, quæ de supernaturalibus, & infinitis, eius perfectionibus ad intra, & operibus ad extra ipsis æque, & per species supernaturales per se infusus cognitio in admirationem, gratitudinem, Deique amorem, & laudes incalcescant. Porro nulla in iis apparet difficultas, si apprehensum solum eorum obiectorum cognitio in Angelo audiente causari à loquente, per speciem propriam locutionis, seu voluntatis manifestatiue, imperatiue, vel admiratiue, modo à nobis dicto afferatur: vt de assertiua de obiectis loquenti, & audienti Angelis notis mox dicemus.

4. De assertiua vero Angeli locutione ad alium de obiectis pure naturalibus, & ad naturalem angelicam cognitionem de se obiectiue proportionatis, & expeditius independentem à voluntate libera & sui, & ipsorum manifestatiua loquentis, & quorum subinde species proprias, & intuitionem Angeli habeant, maior est difficultas: nec alia, aut minor inuenitur in locutione de obiectis supernaturalibus quorum species proprias per se, & diuinitus infusus habeant, vel Angeli omnes vel

saltem loquens, & is, ad quem loquitur: ut ex ratione negativæ sententiæ de obiectis non solum entitatiue, sed obiectiue etiam naturalibus absolute, & independentem à voluntate manifestatiua Angeli loquentis constabit. Igitur de obiectis entitatiue, & obiectiue, pure, & absolute naturalibus; & quorum species, & visionem independentem à voluntate alterius Angeli eorum manifestatiua Angelus habeat, illius alterius ad ipsum non posse esse locutionem communior Theologorum sententia est. Probat, quia locutio vnus ad alium de re aliqua est, ut illum alius sciat atque ob loquentis testimonium, & auctoritatem credat, rem ita esse, ut loquens iudicat, ac se iudicare testatur: atqui iis, quæ quis intuetur, (vbi Angelus, quibus obiecta præfata) nequit vlatenus assentiri ob iudicium manifestatum loquentis ad ipsum, eiusque testimonium: ergo finis locutionis Angeli ad alium Angelum, de præfatis obiectis, omnino, & absolute repugnat: ergo, & locutio est impossibilis. Minor probatur, ex Paulo ad Romanos 8. *quod videt quis, quid sperat*, quod idem valet, ac *credit*, iuxta fidei definitionem ab ipso datam ad Hebræos 11. *sperandum substantia rerum*, de secundo, quia videns Romam, vel quidpiam aliud, ipsius absolute existentie nullius, quantumvis fidei digni, & quantumvis auctoritate præditi testimonio, ob eius auctoritatem assentitur, potestne assentiri. Tertiò ratione, quia cum assensu claro, & euidenti obiecti, fidei assensus esse non potest.

5. Nihilominus Suarez, & Atriaga loco citato sectione septima, subsectio, secunda, §. ultimo, & bene, Suarez, censent: de eis obiectis visis, ut materia sermonis posse vnus Angeli ad alium, quempiam Angelum locutionem esse: quia hic ob illius iudicium, testimonium, & auctoritatem potest absolute assentiri: quia fides cum euidenti cognitione, etiam intuitiue obiecti eiusdem potest absolute consistere. Id quod de fide Diuina, & nos sæpe docuimus controuersia de fide, & controuersia de incarnatione, atque item de visione beata, vbi Pauli testimonium genuine explicauimus, ne conclusioni nostræ aduersarentur, tametsi eisdem locis, & tomo secundo, Philosphæ, cum assensu euidenti fidei etiam, obiectiue creatæ, ob creaturæ cuiusvis testimonium, & auctoritatem assensum simul consistere non posse, ex motui huius impotentia, & omnimoda minor virtute, & efficacia, ut respectu motui tunc adstantis euidentiæ rei intuitiue visæ, ad assensum moueat: quæ Vasquij nostri profunda, & digna ratio fuit, & si in testimonio; & auctoritate Dei, ob quam fidei actum assentimur reuelatis motuum ex parte fortius, quam in euidencia obiecti eiusdem intuitiue visi non animaduerteret, ac proinde ex suo hoc principio, fidei etiam supernaturalis, & diuinæ assensum circa obiectum intuitiue visum, negat. Notant vero, & bene, in sua sententia Suarez, & Atriaga: assensum Angeli audiens præfatis obiectis intuitiue visis ob testimonium Angeli loquentis abstractiue esse, non intuitiue, quia non in se; male vero (& si consequenter) addit Atriaga esse nihilominus assensum cuiusmodi veritatis certæ infallibilis, quia Angeli testimonio nititur, qui non potest mentiri; cuius oppositum contra ipsum ostendimus, ac proinde ex parte veracitatis Angeli testimonium, eiusque innotens assensus est fallibilis; ex parte autem veritatis Angeli loquentis in iudicando non adeo absolute infallibilitatis, eius testimonium est: siquidem, & species proprias obiecti, quod non est, à Deo accipere, ac subinde possit errare, ut Atriaga ex Vasquez fateretur: quo pacto frequenter erroribus à Deo physice causatis, & insulis Demonones torqueri Vasquez asseruit, & forte ex obiectorum & specierum coniunctione

Christoph. de Ortega, de Deo vno, Tom. I. l.

ne, commixtione, & confusione naturaliter obiecti, quod non est, species propriæ intellectui Angelico ingenerari poterunt, ludibriumque erroris pati, quod sensus, & mens nostra pro hoc statu, circa iridis colores sæpe patiuntur.

6. Dicendum nobis est de obiectis præfatis, & aliis quibuscumque Angelis independentem à manifestatiua loquentis voluntate, intuitiue etiam notis, posse esse, eius ad illos, cum enumeratis modis, numero quarto, tum affectiue locutionem. Prior conclusionis pars constat, primo ex inibi dictis. Secundo, quia eis omnibus modis internis nostris meditationibus, & orationibus, quotidie de Deo intuitiue, perfectissime, & comprehensiuè notissimis ipsum alloquimur; ergo præhabita locutionis obiectorum ab aliis cognitio propriæ locutionis præfatis modis alterius ad ipsos de obiectis iisdem, non obest, inde probatur conclusionis nostræ pars secunda, quæ videtur communiori sententiæ Doctorum, & rationi eorum præmissæ, & à nobis confirmatæ, numero quinto, aduersari: re tamen, & eorum menti; & rationi minimè aduersatur, solum enim videntur contendere: non posse esse Angeli locutionem affectiue, ad Angelum alium de obiectis aliis independentem, ab eius locutione intuitiue notis; & præuis (vbi naturalia, & entitatiue proportionata obiecta omnia sunt) ut ob eius auctoritatem; is, ad quem est locutio, eisdem obiectis intuitiue præuis, de quibus ipsi alter loquitur, simul iterum assentiat; fateor tamen Doctores hosce huic locutionis affectiue effectui, in eo, ad quem dirigitur, frequenti, non autem nudæ locutionis essentia, & termino, quem ea possibilem saltem essentialiter respicit, intentos, minus rectè assensum obiectis; de quibus est ad ipsum sermo saltem possibilem terminum essentialem, locutionis vniuersum sumptæ existimasse (quod prima parte conclusionis dissectum est) vel saltem affectiue locutionis. Huius autem impugnatio aptissima secunda partis conclusionis nostræ probatio est: quam sic præsto. Affectiua locutio, neque ex prædicato vniuersali locutionis dicit, esse motuum assensus præstiti, vel præstandi ab eo, cui alius quivis, etiam Angelus, loquitur, obiectis, de quibus est sermo, ut patet ex prima parte conclusionis probata, & ab omnibus necessario admittenda: neque, ex prædicato specialis locutionis, affectiue scilicet: ergo, est motuum, ut is, ad quem loquitur Angelus alter, eisdem obiectis assentiat, esse non possit, ut vidimus, esse tamen potest locutio propriè affectiua. Postrema proximi antecedentis pars probatur. Locutio affectiua, qua affectiua, & ab aliis non affectiuis diuersa, solum addit assensum, & assertionem loquentis manifestatum Angelo, cui loquitur. Hoc autem stat integre, siue iis, quæ loquitur, ob loquentis testimonium, & locutionem eisdem obiectis, & sermonis materie assentiat, nec assentiri possit, siue nec assentiat, affectiua etiam, propria saluatur, absque possibilitate etiam, assensus Angeli, ad quem est sermo, eius obiectis, & materie ob loquentis testimonium.

7. Sed enim, cum locutio omnis essentia sua possibilitatem audiendi in Angelo, ad quem alter loquitur, concernat: atque eius auditio, formaliter cognito obiecti, de quo ad ipsum sermo est, procul dubio sit: explicari, designarique debet cognitio, quam de illis obiectis causare locutione sua, in audiente loquens affectiue absolute possit; quandoquidem assensum, eisdem obiectis causare in illo absolute nequit. Hoc tamen

ab omnibus diluendum est: quia omnes primam partem conclusionis admittunt. Respondeo in primis pro omnibus Angelum, cui alter loquitur, aliquid ex locutione, etiam assertiva de obiectis, de quibus sermo ad ipsum est, denuo posse cognoscere: nempe, ita de illis iudicare loquentem, idque non solum apprehensivum (quod facit ad locutionem foret) sed iudicativum, & assertivum obloquentes testimonium, neque enim iudicium de eis obiectis, quæ intra cordis secreta continentur, & aliorum, quorum cognitio distractione naturali Angeli audientis ad alia potuit deficere, visum intuitivum, imo, nec discursu evidenti ab alio Angelo cognitum obiectum ut nequeat à loquente ad eum cogitandum eique assentiendum præveniri fuerat: sed & de obiectis ipsis secundum se sumptis, nec solum, ut à loquente iudicatis cognitionem apprehensivam, vi locutionis illius potest audiens concipere, ut in prima parte conclusionis de locutione, non assertiva videntur. Cum enim actus sine intellectus, siue voluntatis, locutione, tam assertiva, quam non assertiva, obiecta sua essentialiter respiciant, nequeunt illi per species proprias alterius locutione, physice, siue active, siue exactivæ solum, immixtas eiusmodi actus videre, quin de eorum cogitent obiectis.

8. Tamen subtilius rimandum superest, an cognitio illa, siue apprehensiva audientis cognitio, de obiectis actum loquentis ipsi manifestatorum abstractiva solum sit, an intuitiva. Diximus enim, tom. I. de Deo vno, controu. 2. de scientia, disp. de mediis, in quibus Deus possit, vel seipsum, vel alia obiecta cognoscere, non posse illum aliquid in alio, quantumvis connexo essentialiter cum illo alio, tanquam immediato cognoscere: tum quia Deum cognitio abstractiva (cuiusmodi cognitio aliquid in medio est) dedecet: tum quia in conspectu visionis obiecti, nullam vim medium vllum, ad illius cognitionem in Deo efficiendam habet. Ceterum illud de cognitionis abstractivæ, & in alio imperfectione respectu Dei, quem omnis dedecet imperfectio, viget; secus respectu creaturæ etiam Angeli, quem sapie discursu, & abstractivæ cognitione plura obiecta cognoscere, eisque etiam assenti fierendum cum peritque Doctoribus est. Secundum respectu Dei, cuius apprehensio quavis iudicium est, vim etiam habet non exiguam, ut, quod iudicij de rebus, quas intrinsecus, motu, ut diximus, esse nequit, nec medium, in quo cognitionis sue apprehensivæ de eisdem esse possit. Tercio dici poterat: essentialem connexionem actus loquentis Angeli cum obiecto alteri manifestato, intuitivæ visum, excitare necessario audientem ad apprehendendum, & cogitandum intuitivæ de obiecto illo mediis propriis eius speciebus, quas præhabebat, & quibus ad alia cogitanda totus intentus non videretur: connexio enim solum cogit, ut summum, ut incognito, eius termino cognosci nequeat: quod abstractivæ cognitione, si eius species propriæ non adsint illam cognoscenti, meliusque intuitivæ, si ei adsint species, eiusmodi. Hoc autem in Deo omnia necessario intuitu, impotente ab illius obiecti, pro statu quovis visione cessandi, ac diverendi locum non habet: ac proinde nec rei visæ ab ipso connexio mediis applicativæ, adhuc modo explicato, ad termini scientiam, qua formaliter apprehensio est, rationem habere potest, quam habet respectu angelicæ apprehensionis. Perstatque negativa nostræ Doctrina de scientia Dei, obiecti cuiusvis, in alio, tanquam in medio formali cognitionis.

7. Tertia conclusio, de obiectis omnibus, quæ non nisi per manifestativam voluntatem loquentis intra spheram facultatis intellectivæ, & intellectiois naturalis aliorum Angelorum constituuntur, quia ex secretis cordis Angelici sunt, potest Angelus quivis, aliis loqui, tanquam de materia propria sui sermonis, ad ipsos. Conclusio hæc

est expressa omnium Doctorum, nemine excepto, quamvis in assignandis actibus angelicis, qui ad secreta cordis pertinent, discordant; aliis (in quibus Vasquez) excludentibus actus scientiæ de obiectis conclusionum præcedentium, à cordis angelici secretis; aliis vero eos actus etiam ad cordis secreta aduocantibus, quibus nos adsentimur; sed hoc ad conclusionem nostram & communem, de secretis cordis Angelici, quæcumque illa fuerint nihil refert. Probatur, quia obiecta hæc secundum se ad hinc, & inde sumpta, nec solum ut indicata à loquente, cognita intuitivæ visæque ab aliis Angelis, non sunt naturaliter, & independentem ab Angeli loquentis voluntate manifestativa, seu locutione; possunt vero proinde Angeli locutione ipsis innotescere, ab eisque, cum apprehensivæ, tum iudicativæ cognosci abstractivæ ex visione eorum actuum, qui manifestantur, ac essentialiter cum secretis illis cordis angelici, tanquam obiectis, connexis sunt; ergo locutio angelica de illis non est locutio cuius auditio sit impossibilis, ac repugnans absolute. & quæ proinde concernat essentia sua audicionem impossibilem: ergo eiusmodi obiecta secundum se, ac nude sumpta locutionis Angeli cuiusvis ad Angelum, vel Angelos alios materia esse possunt.

CERTAMEN II.

Quibusnam Angelis loqui alius Angelus possit?

1. **R**es præsentis difficultatem effundere in sententia Soarii, & asseclorum, relata quæstione, cert. 5. conati aliqui sunt, ac subinde in nostris quatenus cert. 6. conclus. 3. docuimus voluntatem manifestativam, seu locutionem Angeli physice active propriam specierum, eundem, tum iudicij, quod loquens de rebus, de quibus loquitur, habet, vultque aliis Angelis manifestare, productivam esse: sicque illos physice, ut ipsam audiant excitare. Id autem impugnant, quia inferior Angelus in superiore nequit species physice produceret, quod cessat prius, si voluntati illi manifestativæ, physicam solum exactionem, earum specierum à Deo solum producendarum, concedamus, non autem activitatem, ut dicebamus citato cert. 6. conclus. 1. verum neque activitate physica præfatarum specierum voluntati manifestativæ concessa, iuxta à nobis dicta, vim habet, ratio tacta, cum in causa efficiente aequalitas, vel excessus entitativus respectu subiecti recepturi effectum non requiratur: ut patet in phantasmatibus corporeis, à quibus spiritalis animus, & intellectus noster species spirituales sensibilibus obiectorum recipit. Quod si dicatur: phantasmata corporea eam vim ad eas spirituales species active in animam, & intellectum inducendas non habere, nisi spiritali intellectu agente iuvetur: id quidem ratione speciei spiritalis inducendæ, qui effectus est, inter quem, & causam proportionem entitativam requiritur, necessarium fuit, non autem ratione animæ, & intellectus, qua possibilis, seu possibilis est, ac pure eas species recepturi, quamquam, ut bene Soarius, & Arriaga, citat. sect. 7. subiect. 1. num. 40. §. Adde pro secunda, eodem modo dici possit, activitatem physicam obiectorum alteri manifestandorum inadæquatam ad suas species proprias in illo producendas solummodo esse, atque eius intellectui necessario complendam, & inuandam, & si proportio entitativa inter agens, & subiectum receptivum effectus requiretur: neque enim cuiusvis partialis, & inadæquati principij activi cum subiecto recepturo requiri potest, sed cum

alicuius eorum: ut phantasmatis, & intellectus agentis exemplo, ut minimum euincitur. Et quidem calor, & accidentia quæ in nobis operantur, plura, ac sui speciei nobis imitantur, nec nobis, nec sensibus, organis, & materia nostra (quæ substantia est perfectionem æquant entitativæ. Ac denuum cum voluntas manifestatiua Angeli loquentis spiritalis ordinis sit, æque, atque intellectus recepturi ab illo præfatas species, proportio eiuldem ordinis entitativa non deesset. Quod autem, ex impotentia illuminationis superioris Angeli ab inferiori obici poterat statim reicietur.

2. Dicendum primo est Angeli inferiores, etiam infirmi loqui ad superiores etiam supremos, & quidem ex rei natura, possunt. Ita communiter Doctores. Probatur primo: quia inferioritas naturæ, ac etiam gratiæ, non obest locutioni inferioris Angeli ad superiorem, considerata præcise ratione locutionis secundum se: ut patet primo ex locutione mentali hominis ad Angelos, etiam supremos, & vtroumque ad Deum. Sed nec ratione excitationis Angeli superioris, cuiusque ad audiendum inferiorem, qui ipsi loquatur, & quam locutio ad aliquem essentialiter, ut possibilem concernit, etsi hæc mediis speciebus impressis in Angelo superiore productis fieri debeat: tum, quia physica sola exactiōe manifestatiue voluntatis, seu locutionis angelicæ, ut à solo Deo in Angelo, cui inferior loquitur, præfata species producerentur satis ad audiendum, locutione inferioris superior Angelus excitari absolute posset, ut quæst. 4. vidimus. Tum etiam quia tamen excitatione eius ad quem locutio inferioris Angeli est, ut audiat, physicam earum productionem à locutione ipsa, in eo, cui, quis loquitur, requirit: eas à locutione Angeli inferioris in superiore posse physice produci monstratum est num. 1. Probatur secundo: quia quisquis aliquid scit, quod alter scire absolute potest, & tamen ignorat, nec de se, & independentem, à voluntate manifestatiua illius, valet cognoscere potest, cuius alteri eius obiecti, ut dictum est, cognoscitio illud manifestare (quomodocumque id faciendum sit) potest, & loqui: atqui Angelus inferior scit aliquid, cuius superior cognoscitio absolute est, & tamen ignorat, nec nisi dependentem à manifestatiua illius voluntate potest naturaliter scire: ergo id potest inferior Angelus superiori manifestare, atque ad eum loqui. Maior: quia alias omnis societas rationalis, consilium, interrogatio & consultatio de agendis inter creaturas de se se capaces aboleretur, quod & inter qualvis absurdissimum est, atque respectu inferiorum, & imperfectiorum Angelorum absurdius, qui natura sua superiorum, & perfectiorum consilio & consultatione magis egent, ac subinde minus bene eorum natura prouidum esset, si eadem rogandi, & consultandi superiores & sapientiores impotes fierent.

3. Secundo, si inferioritas ad ea superioribus communicanda obesset, ac subinde inferiores loqui ad superiores nequirent, neque hi possent loqui ad inferiores, contra aduersam sententiam: quia ad eos qui non solum audire, sed respondere natura sua non possunt, locutio est impossibilis; nequit autem, nisi locutione, responsio loquenti exhiberi. Minor autem vltimæ probationis suadet. Etenim quisque infirmus etiam Angelus cordis sui secreta scit, quorum superiores, & supremi Angeli cognoscitui sunt, ignari tamen de se, & naturaliter, nisi illius manifestatiua eorum voluntas accedat, semperque, ac necessario erunt ignari: ex iure naturali secreti, quod Angelus quisque (etiam infirmus) suorum actuum maxime liberorum scientia, & voluntatis habet, præualeret iuri, seu facultati, & potentie naturali intellectus angelici, etiam supremi, ad cognoscenda obiecta, quævis naturalia absolute existentia, eo saltem ipso, quod in se absolute existant: quod de se patet, atque ostendimus supra. Confirmatur rursus: quia ea solum ratione naturales actus præsertim liberi intellectus & voluntatis Angelorum superiorum (etiam supremorum, quorum vtiq; co-

gnoscendorum facultas naturalis intellectiua Angelo inferiori absolute est) nunquam ab inferiori Angelo, ni voluntas eorum manifestatiua Angeli cuius actus naturales sunt, adsit, cognoscuntur: quia etsi actus naturales sunt, in secretis cordis Angeli illius superioris continentur: ex ratione postremâ hæc confirmata euangelicæ difficultas, quæ ex illuminatione Angelorum ab aliis Angelis opponi conclusioni nostræ posset.

4. Quia illuminandi alios Angelos potestas solis superioribus respectu inferiorum, à Dionysio, & Theologis conceditur ut d. vlt. videbimus: si autem loqui aliquid inferiores superioribus possint, quod hi ignorent, ac sine eorum locutione, & manifestatiua eorum voluntate ignorarent, superiores ab inferioribus de eo illuminari videntur. Quid enim aliud illuminare aliquem est, quam eius, quod ignorat, ignoraretque, lucem, & notitiam in illum inducere? maxime, si ea inductio physica excitatione mediis speciebus impressis exactiue, imo actiue, ut diximus, à loquente inferiore Angelo in superiore fiat. Respondetur enim illuminationem, (de qua Dionysius, Pares, & Theologi, & nos citato loco) esse de supernaturalibus obiectis mysteriis, cordis secretis decretisque Dei ultra, & supra naturam totam illa causantibus, & de Angelis bonis in suos iam gradus hierarchicos, pro mentorum, & donorum gratiæ qualitate distributis: iuxta quam distributionem, quo superioris gradus hierarchici angelici sunt, eo sunt Deo gratiores, & coniunctiores, & quibus subinde cordis Diuini secreta, eorumque supernaturales effectus, & mysteria, prius, & immediatius sint ab ipso communicanda, & reuelanda: inferioris autem gradus hierarchici atque à Deo remotioribus Angelis non nisi per superiores, ac viciniore, ut connaturalior, intra supernaturalem hanc, prouidentie modum exponitur. Quod si inde (ut recte potest,) ad illuminationem naturalem, ac de naturalibus extendas, ut soli superiores possint naturaliter inferiores illuminare, quia his amplius & plura sapiunt, nil tamen contra nos deduces. Nam circa aliorum actus, maxime liberos, intellectus, & voluntatis nullus Angelus, etiam supremus inferiori, aut infimo etiam, sapientior de se est, nec, nisi dependentem à voluntate manifestatiua Angeli cuiuscumque, cuius actus sunt, potest eos naturaliter cognoscere, ut vidimus; imo vero quia sapientiores, quoad alia, superiores inferioribus sunt, ius his naturale adest, ut de eis, quæ non ita bene sapiunt superiores rogent, eisque loquantur, ut instruantur, & naturaliter illuminentur. Porro hæc dicta de Angelis superioribus ad quos loqui inferiores sicuti & superiores ad ipsos de mutua locutione animarum separatarum cum Angelis dicta ob rationem eandem puta.

CERTAMEN III.

De hominum pro hoc statu immersionis animæ in corpus, & Angelorum mutui inter se se locutionibus.

1. Res hæc affinitatis iure ad præsentem quæstionem spectat, in eius vero examine duo, ut certa supponenda potius, quam disputanda sunt. Primum Angelorum, & hominum mutuam locutionem esse posse, ac frequenter extitisse. Secundum eiusmodi colloquia signis sensibilibus, & ad placitum significantibus fuisse frequenter, inter eos habita. Vtrumque est de fide, ex Daniele, & Prophetis aliis, quorum cum Angelis colloquia per eiulmodi signa in scriptura referuntur. Secundo: ex colloquio Gabrielis cum Deipara ad incarnationis mysterium peragendum Luca 1. Tertio: ex Christi tentatione à Damone in deserto, & variis eius cum demonibus, qui energumenum, quos sanauit, colloquiis per

omino est intractabilis Angelorum. 3. Dico in hac difficultate: Angelum excitari locutione sensibilibus hominis ad ipsum loquentis, vt ei attendat, eumque audiat, expresse conclusionem Arrianae num. 6. eamque supponunt Doctores reliqui, etsi in aliquorum principiis, non adeo facile possit defendi: de quo statim post conclusionis probationem, quae hic habet. Libera rationalis creatura locutio, & secretorum cordis eius manifestatio successu temporis futura non habet in Angelo species proprias, ipsi creationis initio congenitas, & per se, vel per accidens infusas à Deo atque sensibilibus locutio hominis ad Angelum per sensibilia, & materialia signa ad placitum est libera hominis locutio ad Angelum, & manifestatio secretorum cordis rationalis creaturae: ergo non habet in Angelo, ad quem dirigitur, species ab initio creationis eius ipsi congenitas, & à Deo, vel per se, vel per accidens infusas: ergo debent species, eius locutionis sensibilibus, & materialis producti in Angelo, ad quem ea dirigitur, cum ea hominis locutio, & manifestatio, ad Angelum absolute existit, & adest: liquidum absque eiusmodi speciebus videri, ac inrituere, vt oportet cognosci eiusmodi hominis manifestatio, & locutio ad Angelum ab ipso nequit. Tunc hic: nequit Angelus, ad quem est locutio species proprias eius locutionis materialis, & sensibilibus in se habere,

4. Maior illa syllogismi primi (ex qua reliqua legitime inferuntur) probatur. Primo quidem: quia nullius futuri contingens, quantumvis entitative naturalis, habet Angelus species congenitas, & à sua creationis initio per se, vel per accedens à Deo infusas, ut ostendimus tom. 2. Philosophiæ, contravers. vltim. de speciebus angelicis. Secundo probatur: quia (Soario, quem impugnamus, teste cum Doctoribus reliquis) feceretur cordis ætus humani futurorum duratione posteriori species proprias, sibi ab initio creationis congenitas, & infusas Angelus non habet: imo, neque eorum præsentium habet species, quouique, cuius sunt, manifestatiua voluntas arque ex parte sua eorum adit ab soluta manifestatio, qua illi in aperto formaliter obiectiue constituentur, quod subito ante naturalem secreti cæteris potentiore, quod is, cuius sunt, cordis secreta habet, intra sphaeram obiectuum naturalis facultatis, intellectuæ Angeli, cui ea vult manifestari Angelus, vel homo, ea habens absolute collocentur, ut (apud q. docuimus, & monstrauimus. Hinc autem legitime inferuntur manifestationi ipsius feceretur cordis hominis, vel Angeli, cuius sunt, locutionis species proprias Angelis à creationis instanti congenitas & infusas, per se, vel per accedens non habere, quia iudicium Angeli vel hominis loquentis, de re, de qua loquitur, in secretis cordis angelici, per Soarium, & reliquos, præter Valquez, recesserunt (maxime, cum liberum ipsi, ac non necessarium, & naturale iudicium est) quod de ætu ipsius libero locutio; & manifestatio Angelum vnus ab alterum est, de quo iudicio ad cordis feceretur pertinere nemo, ne Valquez quidem, potest dubitare: ergo eius species propriæ, non habentur ab Angelis, ab initio creationis infusæ.

gellis, ab initio creationis infusæ.
¶ Cum enim manifestatio, & actus iudicii lo-
quentis nequeant videri, & cognosci, quia com-
muni obiecta necessario, abstractivè solum, cognoscun-
tur: atque iudicium, & manifestatio hæc per locu-
tionem præfatam sæpe de activis voluntatibus & ac-
tibus libèris, atque expresse secretis cordis locu-
tioneis hominis fit, si species propria, cum locu-
tioneis, tum iudicii Angelis, vel hominis loquentis com-
muniter debita Angelis, sit, ac proinde ab initio
naturaliter debita Angelis, & infusæ, & creationis
ipsius congenita, & infusæ, & creationis & com-
munitatis secreta cordis ab initio creationis & com-
munitatis Angelis cognoscuntur, vt supra arguimus
q. 4. ubi solutionem de necessitate existentie obiecti,
vt speciebus ab ipso independenti præhabitis vi-
deatur abunde reiectum. Mitto alium exemplum
Angelum modò locutione humana & fecibilis
ipsum, quem addit Ariana, n. citato ex speciebus
præhabitis omnium obiectorum, confusæ, scilicet, in
quibus

quibus ea omnia confufe cognoscantur, & positione existentia, qua absoluta locutionis sensibilis ad eiusmodi obiecta determinatur, & individuatum intuenda extrinsecus determinetur: is enim modus, & falsam doctrinam de speciebus illis confusus Angelorum ab initio creationis infusus supponit: & improbabilis longe, quam species, cuiusque obiecti propria, & clara sola extrinseca obiecti positione poterunt ad eius intuitionem edendam determinari, ut de se se satis claret.

6. Secunda de hominum ad Angelos, & horum ad homines, insensibilis, atque mentali locutione difficultas est: an mentali locutione inter se (eodem modo, atque mutuo inter se se Angelos loqui, atque alterum ab altero excitari, ut attendant, audiantque loquentem diximus) Angeli, & homines mentali locutione loquantur, sequeque excitent, ut attendant, & audiant? Quocirca (ne æquiuocatio responsioni possit obrepere,) quælio non est de pura excitatione, & causatione physica cogitationum quarumque, siue bonarum, siue malarum in hominis mente à malis Angelis, & bonis: eam quippe fieri ab ipsis posse excitatione, & motione spirituum vitalium, quibus species phantasmatum resident, & qua phantasmata applicentur, ac obiectorum sensibilis memoria reficetur, sique species naturales ab eis quondam in mente causata quantumvis antiquata, & pene emortuæ, quasi exsufflare, reuiuiscant, causentque obliuionem intellectionem dubium non est. Unde nec dubium est, ita Angelos recti, prauique suosores hominibus dici, ac subinde ad eos aliquo modo absque vllis sensibilibus signis loqui. Verum locutio hac non stricta, & physica Angelorum ad homines locutio est, sed moralis tantum, & ob quam bene, maleque, exinde ab hominibus gesta Angelis etiam tribuantur: ad quod satis est ex gestorum intentione modo alterutro, circa homines, eorumque mentes, & voluntates Angelos negotiari. Cæterum: cum propria, stricta, ac physica locutio dicat non solum physicam cognitionem, de quouis obiecto causationem, sed addat iudicij, quod de illo loquens habet manifestationem, quæ in physica illa efficientia intellectionis humanæ ab Angelo, nusquam inuenitur, difficultas de pure mentali locutione Angeli ad hominem, & contra hominis ad Angelum, (quæ iuxta dicta de Angelorum locutione inter se) in voluntate manifestatiua immediate sui iudicij de obiectis (si aliter sit) consistit. Mediata vero, si imperatiua sit, & voluntatis, ut aliquid alter agat immediate, circa modum mentaliter puræ excitationis mediis speciebus, vel hominis ab Angelo, vel Angeli ab homine ipsum alloquente, ut alter loquenti, attendat, eumque audiat difficultas vertitur tota. An, scilicet, alterutrius manifestatiua voluntas, seu locutio, ad alium specierum præfatarum principium physicum, siue actiuum, siue exactiuum solummodo sit? an fecus? in ea vero Soar. & Arriaga d. 57. §. tam hic concludo, neutrius manifestatiua voluntatem species proprias in altero, ad quem dirigitur, actiue illas, aut exactiue physice producere aiant: quia Angelus neutro modo eas in homine potest, naturaliter producere: quare, neque homo, in Angelo, ut pure mentaliter loquantur.

7. Dicendum nihilominus est, Angelum in homine, cui loquitur, species spirituales mentalis locutionis naturaliter nullatenus producit, à posteriori: quia, nunquam euenit in naturali, & frequenti, locutione mentali Angeli ad animam corpori coniunctam, seu hominem, ut attendat, & audiat excitationem naturalis virtutis, & actiuaris locutionis mentalis, non per sensibilis signa Angeli ad hominem, seu animam coniunctam corpori, minime est: ut ex reliquis agentibus, & effectibus mentalibus, patet: ex quibus, qui naturaliter, necessariis positus, ut ab agentibus absolute, vel hoc, vel illo modo fiant, & sunt frequenter, absolute, vel modo aliquo nunquam sunt extra actiuitatem naturalem illorum agentium vel absolute, vel eo modo ab eis fiant, certissime sunt. Tum sic, sed nusquam, pure men-

tali, ac non per signa sensibilis, Angeli locutione frequentissima excitatur homo per species proprias impressas spirituales de materia & obiectis, de quibus loquitur, ut clare, & in se, atque (ut sic dicam) intuitiue audiat: nec vllus vlsquam loquentem sibi Angelum audiuit: ergo in Angeli ad hominem locutione nulla physica, virtus naturalis actiua, imo neque exactiua, cuiusmodi specierum in illo producendarum adest. Probatur secundo à priori: quia, etsi ex impotentia entitatiue receptiua pure spirituum, earum specierum in anima corpori coniuncta, hæc pars non probatur: alii ex impotentia connaturali vsus earum specierum in homine, seu anima coniuncta corpori, solide, & efficaciter probatur. Signum enim, nequit naturaliter dari principium actiuum naturale alicuius operationis, cuius principij vsus sit naturaliter impossibilis, ut patet: quia alias illud principium esset, & non esset naturaliter operationum contradictione apertissima. Iam vero vsus earum specierum spirituum, & propriarum naturaliter homini pro hoc statu via impossibilis facillime monstratur: quia vsus naturalis specierum propriarum spirituum in facultate, & potentia intellectiua, & spirituali est ad propriam, & claram obiecti in se, & secundum se, & ut in se est intellectionem, & intuitionem, non autem ad obiecti intellectionem ad modum alterius: atqui hominis, seu animæ corpori, pro hoc statu via immateria cogitatio rei insensibilis, & spiritualis (vbi est locutio, seu voluntas manifestatiua, & iudicium Angeli loquentis, naturaliter nequit esse, nisi per conuersionem ad phantasmata, & ad modum alterius: ergo vsus naturalis specierum illarum est naturaliter impossibilis, homini, seu animæ corpori immateria, & coniuncta pro hoc statu via.

8. Dicendum est secundo, Homo locutione pure mentali ad Angelum physice, saltem exactiue à Deo, specierum propriarum in ipso productione ipsum excitat, ut attendat, & audiat. Est contra Soarez, & Arriagam, vbi proxime, & alios. Probatur primo: quia locutio omnis essentialiter, & natura sua concernit excitationem ab ipsa prouenientem eius, ad quem dirigitur, ut attendat, & audiat (saltem possibilem) ut supra ostendimus, ac de se claret: item excitatio hæc nequit, per solam extrinsecam locutionis positionem in se ipsa, atque ibi sistendo, fieri: sed aliqua intrinseca mutatione, facta à loquente media locutione, in eo, cui aliquis loquitur, nec, nisi ei loqueretur faciendū id autem, quod in ipso alloquente sit, ut ille attendat, atque hunc audiat diximus supra eum communi Doctorum, ipsique Soario Arriaga, & allectis, esse locutionis eius indiuiduæ species proprias: ut patet ex locutione sensibili per materialia signa ad placitum significantia, & vniuersum probatur. Quia id debet intrinsecus poni media locutione in audituro, ex quo certus fieri possit locutionis illius indiuiduæ, & esse locutionem eius, qui ad ipsum loquitur, atque ita eum de re, aut materia, de qua loquitur, iudicare, ut loquitur; quia alias non posset, ob loquentis authoritatem, eidem obiecto assentiri, vel dissentiri: nequit autem poni in audituro, media locutione, aliquid, ex quo, eorum iudicium certum possit elicere, nisi species propria eius indiuiduæ locutionis ut loquentis huius est iudicij, quod de re, de qua loquitur, vere, vel simulate se habere manifestat: siquidem ea certitudo non fidei Diuina, & supernaturalis, sed naturalis, esse debet, & quæ visum, non vlti per species proprias habita sit eive innaturatur: ergo species propriæ pure mentalis locutionis hominis, ad Angelum, quibus hic ad attendendum, audiendumque excitari possit, ac de facto, quandoque excitentur, vere, ac physice debent ab ea hominis locutione causari, quod non nisi, physica saltem ex actione earum specierum à Deo producendarum, fieri potest. Confirmatur: quia, cum locutio per signa sensibilis non sit, nullus alius modus, quo excitari Angelus pure mentali hominis ad ipsum locutione valeat designari, excogitativè potest. Probatur tertio:

tertio: quia locutio hæc pure mentalis hominis, ad Angelum est voluntas manifestandi Angelo iudicium, quod de re habet, & cordis humani secretum: estque in se æque pure spiritualis voluntas, atque voluntas Angeli cuiusvis manifestandi alteri Angelo similia sua: ergo æque, atque hæc, physice actiue, vel exactiue saltem à Deo productiva specierum erit in Angelo, cui loquitur.

9. Arriaga num. 38. §. Dices, loquela; negat consequentiam: quia ob statum coniunctionis animæ ad corpus, & voluntati manifestatæ, & locutioni hominis ad Angelum pure, & æque spirituali, atque Angeli ad Angelum, deest physica, non solum actiuitas, sed exigentia à Deo præfatarum specierum absoluta, & expedita: Quemadmodum n. 7. ob eundem statum concretionis animæ diximus locutioni pure spirituali Angeli, ad ipsam, ita corpori concretam siue ad hominem, deesse physicam absolutam, & expeditam naturalem actiuitatem, & exigentiam à Deo producendarum similitudinum specierum in homine, seu anima corpori concreta, cui loquitur, quarum specierum in anima ponendarum absolutam, & expeditam physicam & naturalem exigentiam, imo, & actiuitatem haberet, si ei in statu separationis loquatur. Sed tamen ex dictis numero illo 7. facile præcluditur euasio. Constat enim ex impossibilitate naturalis usus earum specierum propriarum, in homine & anima, in statu concretionis corpori, nimirum visionis, & intuitus spiritualium obiectorum, in se, ac secundum se (cui soli species propriæ obiecti possunt inferuire) ac non admodum, sensati, & corporei obiecti aliter, ob quod conuersio animæ, & intellectus ad phantasmata (si neque pro statu concretionis animæ intelligere spiritualia naturaliter nequit) necessaria est. Physica vero spiritualis locutionis, seu voluntatis, hominis & animæ, pro statu concretionis, actiuitas, vel saltem exigentia, naturalis specierum propriarum, non est in ipsa anima ponendum, ad eorum obiectorum in se, & secundum se visionem, & cognitionem intuitiuam, ac non corporei, & sensibilis obiecti adinstar ab anima ipsa, eliciendam (quod pro statu repugnaret, esset quippe naturalis potentia, ad cognitionem naturaliter, pro eo statu impossibilem) sed specierum in Angelo, cui homo, seu anima in statu concretionis pure mentaliter, & spiritualiter loquitur: in Angeli vero, & recipiendi, cuiusmodi species proprias spirituales, & mediis illis eliciendi visionem intuitiuam spiritualium suorum obiectorum, quare, & usus proprii eiusmodi specierum physica absoluta est, & naturalis potestas; quare physica vel actiuitas, vel exigentia naturalis locutionis mentalis humanæ earum specierum, in Angelo, cui loquitur producendarum non est specierum, quarum usus proprius, sic naturaliter impossibilis, sed connaturalissimus.

illuminarique naturaliter, & de naturalibus posse. Dissecimus hanc oppositionem, supra certam, & ubi inferiores, infimum etiam, superiores, & supremo loqui naturaliter posse statimus: ex locutionis autem possibilitate possibilitas auditionis inferiorum loquentium à superioribus, quibus loquuntur, legitime inferunt. Difficultas absurda, quod superior Angelus ab inferiori edoceatur, de naturalibus naturaliter, atque illuminetur, disiecta etiam loco citato fuit. Et quoad illuminationem, quam superioribus ab inferioribus, Theologi, iuxta ordinariam providentiam negant, de supernaturalibus obiectis, & mysteriis à Deo reuelatis, ac reuelandis Theologos, loqui certum esse diximus, quoad doctrinam vero de naturalibus obiectis absolute, & independentem à voluntate alterius Angeli cognoscibilibus non posse superiores ab inferioribus naturaliter edoceri; posse vero de naturalibus etiam, quæ non, nisi dependenter à voluntate Angeli cuiusvis alterius absolute cognoscibilibus naturaliter ab aliis Angelis sunt, ibidem docuimus.

20. An vero Angeli loquentes ipsi Angelos, vel homines, semper, ac necessario naturaliter audiant? altera est difficultas, & levis. Respondeo negantem. Possunt enim aliis cogitandis, vel naturaliter, & involuntarie vel voluntarie, & libere Angeli, quibus alij loquuntur, toti esse intenti, atque distracti, ita ut loquentem non audiant, neque eius locutioni attendant, siue homo, siue Angelus ipse loquatur. Id quod experientia quotidiana nostra, cum alio distractis hominibus loquimur, satis probatur. Possunt etiam Angeli in naturalibus relictis, vel iam victis, vel superbiis, vel odij in loquentem occupati per neglectum, nolle sibi loquentem audire, ut loque, etiam apud homines contingit superbos, ut alios, quos præ spiritus timore despiciunt, quovis multum auersantur, audire nolint, neque attendere, sed loquentes, imo loqui vix incipientes proteant, ita ego de Lucifero, & affectis Angelis prauis censui semper. Nempe Michaëlem, & Angelos reliquos bonos præ superbiis, atque odio in eos intensissimo audire, attendereque per neglectum noluisset: vnde illud solum à Michaële, & scitis toto vix, & prælii tempore, ad Luciferum, eiusque affectus ingenuitatem, aliusque, & vehementius inelamatum, ambigue amplius, nouimus. Quis fuit Deus: ex quo militia celestis Principi Michaëlis nomen inditum est: ut nolentes præ superbiis, & odio audire, vehementiore, ac vehementiore rationis eiusdem inelamatione repetita (si qua posset) redderet arentos.

3. Dubitari posset: ex quo tempore, & quousque Angelorum inter se, & cum hominibus locutio, & auditio, mutuaque colloquia caperint, & quousque sint duratura? Et quoad inceptionem, constat à principio fere creationis sue inter Angelos, capisse: quod ex tunc, & inter ipsos prælium, & ad homines bonorum malorum, bonæ malæque inspirationes, & suggestiones caperint. Quo vero tempore Angelorum inter se, & cum hominibus mutua locutio sit duratura? Constat duraturam non solum toto mundi huius tempore, quo Angeli superioris gradus hierarchici inferiores gradus illuminabunt, atque ex Dei mandato, & nutu, quid circa mundum hunc, eiusque partes, & homines singulos, iuxta Dei voluntatem, agi specialiter oporteat instruunt, atque ad id peragendum mittunt, quod mentali eorum locutione fiet; tum etiam Demones in suam pessimam rempublicam, & gradus hierarchicos in magis nocentem distribuit ex Satana, seu Lucifero Principis mandato, & suggestionem vniuerso, & hominibus perdendis aliorum ad alios suasionibus, & cohortationibus incumbunt. Finito autem mundo Beatorum, & Angelorum reipublice felicissime colloquiorum inter se iucunditas nulla futuræ æternitatis duratione deficiet, quibus, & gaudium angelicis, ac mutuo se in Dei laudes, & amorem accendat: contra vero generis viriisque damnati se condant: contra perpetuo proscindant, & molestorum, cuique

CERTAMEN IV.

De mutua Angelorum vel inter se, vel hominibus colloquiorum auditione.

1. Horum omnium auditionem realem formativam in cognitione audientis propria, & intuitiva locutionis & iudicii, quod se habere manifestat is qui loquitur, stare compertum ex dictis est, si sit pure mentalis (ut inter Angelos) locutio. Posset autem in controversiam inde vocari: an superiores Angeli inferiores audiant, possintve audire loquentes? Cum enim auditio, cognitio sit, eorum quæ ex Angelorum inferiorum locutione norunt, ac sine ea ignorarent, fieri sane, superiores Angelos ab inferioribus edoceri,

repetitione, cruciabantur, atque in Dei odium, & blasphemias inuicem hortabantur, & incendunt.

4. Ut res tota locutionis, & auditionis Angelorum (& idem est de pure mentali hominum ad ipsos) absoluitur, de subiecto, cum locutionis, tum auditionis mentalis dicendum erit: locutionis mentalis subiectum solummodo esse loquentem, auditionis realis formalis, cum ad quem, est locutio: quod ipsum de excitatione, eius, tam in actu primo per species in ipso, actiue, vel exactiue physica à locutione producta, quam in actu secundo, realis formalis excitationis, & attentionis excitetur, de reali formalis auditionis subiecto constat ex dictis, cum ea sit, locutionis, & reliquorum quæ per illam alteri manifestantur realis formalis audientis cognitio de locutione constat etiam ex dictis q. 4. cert. 6. n. 2. Nec præstat impugnatio Arriagæ nostri supra subsect. 1. n. 43. §. Dicendum ergo, & §. Ideo reiciendus est Vasquez. Ut probet locutionem in solo actu loquentis esse non posse, sed inadæquate solum, & tanquam comparte complemte in speciebus, in audiente productis: ac proinde, nec loquentem subiectum adæquatum locutionis esse posse: quia alias nullis speciebus productis in audiente posset esse. Ceterum, etsi contra Vasquez, qui in actu reflexo iudicii loquentis ante voluntatem liberam illud alteri manifestandi, ac proinde indifferentem de se, nec determinatum, ut alteri determinate manifestetur satis probet in illo locutionem adæquate esse non posse: quod, & nos citata quaest. 4. aliunde probauimus, contra nos autem, qui in voluntate loquentis de eo, & reliquis determinata, & determinate ei cui loquitur manifestandis, quæ se ipsa, sui etiam manifestatiua sit constitutimus, nil prius probat: ex ea siquidem determinatione, & specierum sui, & iudicii illius in eo, cui loquitur, natura sua physice actiue, vel exactiue, productiua est, æque, atque humana, & sensibilis per externa signa locutio, quæ vera locutio est. etsi species, quas naturaliter producere in eo, cui loquitur, actiue, vel exactiue physice, potest, & petit aliunde non producantur de facto, quod, cum viderit, Arriaga, & valde probabile censuerit, non video, cur in sua conclusionem paragraphi. Dicendum ergo nihilominus persistit §. Hinc colligo primo, & §. colligo secundo.

CERTAMEN V.

De multitudine Angelorum loquentium, quos quisque potest audire.

1. **Q**uot vero Angelos loquentes ipsi possit quisque Angelos audire disputant alii minutius Suarez c. 28. n. 53. & Arriaga citat. sect. 7. subsect. 3. & quoniam audiendi potentia in actu primo, vel audiendi in actu secundo potest considerari: & potentia audiendi absoluta in actu primo speciebus impressis locutionis Angelicæ constituitur, ut diximus, si de potentia auditionis, siue audiendi in actu primo sit sermo, eadem sane quaestio hæc erit, atque de potentia Angeli cuiusvis specierum præfatarum receptiua, siue à quot Angelis loquentibus, seu angelicis locutionibus possit quisque Angelus species physice recipere: si vero de possibilitate, seu potentia logica absoluta audiendi, siue auditionis, in actu secundo idem erit, atque inquirere, quot Angelos ipsi loquentes, possit Angelus quisque locutionum eorum speciebus instructus audire: vtraque vero quaestio, tam de potentia recipiendi species plurium locutionum Angelorum plurium loquentium, quam eis receptis plures audiendi, duplici sensu intelligi, & examinari potest: scilicet de potentia recipiendi plurium loquentium species plures, ac eis receptis, loquentes audire simul, vel successiue. Certe Soa-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

rius, & Arriaga de vtraque Angeli cuiusque potentia audiendi in actu primo, vel secundo simul plures Angelos ipsi loquentes tantummodo agunt, non autem de potentia alterutra sensu audiendi illos successiue. Et ego quidem, quoad potentiam audiendi plures locutiones plurium Angelorum in actu primo seu earum species recipiendi, censens eandem difficultatem esse, eiusque decidenda rationem fore, siue, simul siue successiue species recipiendæ plurium locutionum illarum sint: cum nec species sibi inuicem contrahantur, ac proinde, neque aliam alia, seu alias ex oppositione inter se se subiecto pellat, sed solum ex eius incapacitate receptiua, quemadmodum corpus vlnare, vlnare aliud ex solo vlnari, quem occupabat, ac replebat, loco trudit, nec nisi successiue corpus vtrumque potest in eodem loco locari, ut posset, si duarum vlnarum locus esset, ac subinde vtriusque vlnatis corporis continendi capax: quod ipsum cénico de virtute actiua naturali non vitali (præsertim, non cognoscitiua; & appetitiua) quæ in suis operationibus, & effectibus edendis nec laborat, nec defatigatur, nec magis minusve vni, quam aliis edendis attendere, siue impendere possunt: quare nec vnus operatione ab aliorum effectuum, quos absolute potest agere, impediri. Quocirca, si igni combustibilia omnia quæ igne absolute actiuitate sua potest, aut soli corpora omnia, quæ illuminare absolute potest, intra actiuitatis sphaeram debere applicarentur, haud dubio omnes ignendi, & illuminandi operationes, & effectus simul ederent: ita, ut nullum alium effectum edere successiue quouis temporis, aut etiam æternitatis, vllatenus possent.

2. At de Agentibus, & virtutibus actiuis vitalibus, præsertim cognoscitiuis, & appetitiuis, siue materialiter, siue spiritualiter, quæ magis minusve attendere adharere, seque impendere obiecto vni præ aliis possunt, ac proinde toto etiam conatu in vnum ex illis ferri cognitione, & affectu suo, atque in eo subinde, vel ita percipiendo, vel prosequendo defatigantur aliter res habet, imo in quouis, vtrumque cognoscendo, & appetendo aliquatenus, (etsi insensibiliter, ac siue aduertentia, laborant, constans apud omnes Doctores est, cognitione, & appetitu vnus obiecti, ac maxime plurium, impediri appetitiuam, & cognoscitiuam facultatem ab aliorum obiectorum, vel æqua, vel æque facili, & quandoque absoluta, actualique simultanea, cognitione, & appetitu, vnde de omni facultate cognoscitiua vniuersim (quod ipsum de appetitiua esse debet) dignitatis loco, apud scholas omnes aristotelicum illud circumferitur: pluribus intentus minor est ad singula sensus: quare de potentia audiendi, in actu secundo, seu auditionis plurium loquentium Angelorum simul, diuersa difficultas, iuxta commune hoc generale axioma, ab ea est, quæ de potentia audiendi loquentes Angelos plures successiue, cum iam ab antea loquentium auditione, quæ, ne alios audiret, distrahatur, cessasset. Idcirco eius communis, & generalis potentis vitalibus cognoscitiuis, & appetitiuis suppositione de Angeli cuiusvis potentia auditionis formalis, & actu secundo plurium loquentium diuidendæ quaestiones sunt de potentia scilicet audiendi seu auditionis eorum simul, & auditionis eorum successiue: atque aliorum Doctorum reuerentia, qui axioma tota amplitudine, & vniuersalitate recipient, seorsim de vtraque difficultate iudicium ferendum. Sed tamen postea, quid amplitudinis axioma illud habere firmiter possit, & an ad facultates, intellectivas, & appetitiuas pure spirituales, & independentes prorsus à corpore, eiusque organis operantes (cuiusmodi Angelorum, & animarum separatarum intellectus, & voluntas sunt) subtilius, penitiusque rimandum à ratione erit, quam hæctenus fuerit. Quaestiones verò ita à nobis seiunctæ, ac seorsim diuisis sensibus propositæ, quatenus Angelos loquentes,

b b vel

vel locutores concernunt, vel de actu absolute productis, vel de possibilibus etiam aliis omnibus possunt procedere de neutrorum autem pluralitate, qui loquentes ab unoquoque Angelo audiri, siue in actu primo, siue in actu secundo possunt, nihil vero de determinato numero definiti cum fundamento potest: cum nec existentium nec possibilium Angelorum, qui, & esse, & loqui absolute possent, numerus, & determinata pluralitas, vltra quam, nec progrediantur de facto, nec progredi valeant, nobis innotescat, nec capacitatem Angelorum receptivam specierum, & intellectuum, neque harum actiuitatem, angelicam vitalem, quasi palmo, digitisue, aut lato, ut aiunt, vngue possimus metiri, ut tot, & non plures capere, & virtute sua continere, statuere possimus: de existentibus, ergo de facto Angelis, & locutionibus, an omnium locutionum ipsorum species recipere quicque Angelus possit, & auditiones elicere: rationabili examini subest: de possibilibus etiam, an omnium etiam possibilium ab ipsis locutionum species possibiles physice pati, atque auditiones valeat, quicque efformare, etiam infinitae illae, vel cathagorematice, vel lynchategorematice sint.

3. His dilucidis harum difficultatum resolutioni praenotatis, Soarius loco citato, quoad potentiam audiendi in actu primo, siue receptivam specierum cenet: cuiusque Angelo, adesse ad reliquos omnes loquentes, simul audiendos in actu primo, siue locutionum eorum omnes, sine termino, species simul recipiendas; sed ad eos omnes loquente audiendos, in actu secundo, simul displicet autem, quoad primum, Arriaga nostro citato loco num. 10. *ego in hac questione*, quia secundae parti Doctrinae lux ajueratur Soarius: cum ideo neget posse simul audire in actu secundo Angelos omnes loquentes, quia virtus actiua intellectus locutionum Angelorum loquentium simul limitata est: sed etiam virtus passiva, seu receptiva specierum, quibus Angelus in actu primo audiens constituitur, est limitata, ut pote creata: ergo, si actiua virtuti cuiusvis Angeli ad audiendum simul in actu secundo, alios omnes, sine termino Angelos loquentes obest eius virtutis limitatio, ad audiendos etiam reliquos omnes Angelos loquentes, limitatio etiam potentiae receptivae specierum praefatarum obest, ut simul eas omnes, sine termino, recipiat, atque Angelos loquentes possit, simul in actu primo audire. Minor facilius probatu videtur. Quia potentia receptiva specierum, non est pure terminans, quae nec unionis, nec extremorum vniendorum, quia talis, vllam illorum pracontinentiam, requirit, ut requirit ut vere passiva haec etenim ex intimis intellectus viribus, & quasi visceribus species illae educuntur: quarum omnium, sine termino continentia creatae capacitati, ac subinde limitatae aequae actiuae capacitati, repugnat quantumvis gracilior, & imperfectior continentia potentiae receptivae, quam actiuae potentiae continentia respectu suorum effectuum sit, & cogitetur. Addit Arriaga inde: pro maiori Angelorum entitativa perfectione natura ad plures aliorum loquentium species simul recipiendas, eosque simul in actu primo audiendos esse receptivam capacitatem, ampliore, quam sit in Angelis naturae imperfectioris. Verum impugnatio soarii, nihil contra ipsum praestat. Etenim ipsius ratio ex limitatione virtutis actiuae Angeli ad negandam potentiam audiendi simul in actu secundo, seu formaliter intelligendi plures, & omnes Angelos simul loquentes, sine termino, non sola actiuitatis limitatio, sed actiuitatis, quae obiectorum cognitione distrabi, & ab aliorum cognitione, possit impediri natura sua est, id quod actiue intellectiua Angeli facultas proculdubio (ut Doctores communiter docent, supraque notauimus, & Arriaga ipse constanter vbique fatetur, & eadem subsecutione 3. num. 33. §. Respondendum ergo.) id vero in virtute pure receptiua specierum, intellectus eiusdem locum non habet, ut vidimus num. 1. inde etiam additamentum eiusdem Arriagae euanel-

cit. siquidem ad plures species simul pure recipientes capacitas pure receptiua amplior, & perfectior entitativae intellectus, quam pure recipientis succedat siue non requiritur, ut eodem n. 1. docuimus: neque inde maior, minorve perfectio entitativae intellectus angelici taxatur, sed ex virtute actiuae intellectus, & vltus plurium specierum simul: quae qui maior in unoquoque Angelo est pluribus simul, pluribusque cognoscendis, sine vlllo, vel saltem minori impedimento, ac distractione potest attendere, ut in hominibus experimur.

4. Circa potentiam ergo cuiusvis Angeli audiendi, simul in actu primo reliquos omnes, qui de facto sunt simul etiam loquentes, seu omnium simul loquentium species simul recipiendi, dico primo, eiusmodi potentia receptiva, cuius Angeli adesse. Conuenio cum Arriaga id expresse docente cit. subsec. 3. n. 51. §. Secundo, & ultimo, & Soario, qui amplius, ut vidimus, docet: scilicet posse simul recipere locutionum angelicarum, Angelorumve loquentium species, sine termino: quod amplius valde est, cum loquentes Angeli, qui de facto sunt, sunt finiti, eisque omnibus, simul, semel tamen vni loquentibus, eorum locutiones illae, coniunctim etiam sumptae finito numero clauduntur: eas autem solas simul ab eo Angelo recipi posse fat erit, ut conclusio haec absolute verificetur, quin inde, vel apparet, illatio infinitatis eiusmodi potentiae intellectus creatae receptivae specie cum fieri possit: cum non sit potentia ad terminum receptionis sine termino, & quantitate discretam infinitum, ut contra Soarium Arriaga contenderat, de qua illatio, eiusque firmitas inferretur. Probat inde conclusionem Arriaga: qui derogat perfectiori reipublicae politicae Angelorum alique, adhuc vnum, Angelum ita limitatam capacitatem receptivae specierum esse, ut eorum omnium simul quandoque loquentium species non possit simul recipere, eosque simul in actu primo saltem, simul audire, cum ad id finita potentia receptiva sit satis. Sed tamen §. Dico id esse probabile probationis suae debilitatem hac ratione recogitavit: quia cuius loquendi simul Angelos vni est moraliter impossibilis: quia omnes, siue Angelos, siue homines reipublicam rationalem confluentes per ampliam, & mul loqui confusio, & inuicibilis imprudentis est. Quod si inuicibilis, & perfectissima Angelorum reipublicae simultanea Angelorum omnium locutio, ac subinde politica, & moraliter est impossibilis ex eius reipublicae perfectione perpetua capacitas physica receptiua simul specierum Angelorum omnium simul loquentium inferretur in Angelis omnibus: inferretur enim ex politica perfectione imperfectio solum politica simultanea locutionis omnium Angelorum, & contra ex hac imperfectio politica, politica etiam simul reliquos omnes audiendi imperfectio, quae repugnat, iuxta hanc igitur, considerationem, rationalis reipublicae perfectio solum inferret, potentiam cuiusque Angeli loquendi non simul cum reliquis, sed seorsim vel propterea, cum aliis pluribus etiam, non tamen adeo pluribus, ut locutionis, atque auditionis confusio pariant, ac similiter potentiam simul recipiendi species, & audiendi in actu primo, totidem, quod, sine confusione loqui simul possunt, non plures impotentia quidem politica, non physica. Ceterum confusio haec ex simultanea plurium hominum locutione humana per articulos sonos, & voces significatas, quarum alias ementior, & elatior alia supposita, & aequales, se mutuo confundunt, & aliud, quam quicque loquatur percipi facient (quemadmodum ex visus infirmitate, & congerie specierum lacis exinde nempe, colores percipiuntur) & in Angelorum, quantumvis plurium simultanea locutione locum, quoad specierum simultaneam receptionem, atque eorum omnium in actu primo auditionem, non habet, cum nullius speciei productionem imperaliam omnium simultaneam productionem impedire possit, per contra ab eis impediri, neque item mutuo confundi, esto, earum omnium vltus simultaneus.

taneus, siue auditio in actu secundo Angelorum omnium simul loquentium ob limitationem actiuitatis vitalis, & distractionem ab aliis cognoscendis, quam pati potest, & patitur, iuxta communem Doctorum ab obiectis, quæ prosequitur, & cognoscit, si plura præsertim sint, sit Angelo cuius impossibilis. Adde in mutuis Angelorum omnium cohortationibus frequentibus ad Dei laudem, & amorem locutionem reliquorum omnium simul ad singulos vicissim admitti debere; quare, & in singulis reliquorum omnium simul loquentium species simul & frequentissime recipi.

5. Dico secundo. Potentia simul de se receptiua specierum Angelorum omnium, qui de facto absolute sunt, loquentium siue locutionum omnium angelicarum sine termino, cuique Angelo adest: consensio nostro Soario supra contra Ariagiam citat. num. 50. §. ego in hac quæstione: Adde, locutionum omnium possibilium ab omnibus Angelis, qui intra possibilitatem, Deique omnipotentiam clauduntur, quia id etiam ratio subiicienda suadebit. Probatur conclusio: quia de facto est potentia in vno quoque Angelo receptiua successiue specierum locutionum possibilium fore, & sine termino, per totam æternitatem futurarum ab Angelis, qui de facto sunt: ergo cuique Angelo est potentia receptiua simul earum specierum, sine termino. Antecedens probatur: quia per totam æternitatem futuram peritabit respublica rationalis, & politica Angelorum; quæ sine potestate communicationis, & locutionis inter se stare nequit, ut patet: ex ergo per totam æternitatem, successiua Angelorum successiue, sine termino ab Angelis, qui de facto existunt sunt absolute possibiles: ergo, & auditiones vicissim successiue, sine termino (quibus repugnantibus locutiones illæ possibiles esse nequeunt) sunt absolute possibiles: atque auditiones in actu primo speciebus impressis locutionum earum constituentur, & ab his auditionibus in actu secundo fieri debent: repugnantem autem, si potentia receptiua earum, ex qua connaturaliter educantur, & quam natura sua continent, in Angelis non esset: ergo potentia receptiua successiue earum specierum, sine termino Angelis singulis adest. Nec video antecedentis huius veritatem ab Ariaga dubitari ab illo Doctoro veri in dubium posse. Consequentia solum dubitari potest, negaturque adeo tenaciter ab Ariaga ubi proxime nu. 52. à §. obicitur difficulter, ut variis discursibus, & instantiis, & solutionibus relatis, & excoGITatis, surdos tamen aliquando Angelos manifestos, nec speciei locutionis denuo recipiendæ physice capaces, si anteriores, in eius mente seruatur absurdum non reputet, sed plane fateatur, eos tandem aliquando elingues, & tanquam truncorum strem, aut lapidum congeriem ipsorum rempublicam tunc mansuram cogetur fateri, ut ex probatione antecedentis facile apparet. Sed tamen probatur facile consequentia ex dictis num. 1. quia capacitas, & continentia receptiua, & pure passiva subiecti respectu effectuum, seu formarum, & accidentium, sibi inuicem non aduersantur, omnes, quos, continet, potest simul æque, ac successiue recipere: quia, cum neutrum alteri formaliter aduersetur, ac repugnet, solum ex defectu capacitatæ, & continentia passivæ subiecti alterum cum altero in subiecto non componentur: cum autem capacitas passiva, & receptiua, neque absolute esse ad effectus violos, quouis tempore, aut duratione successiue recipiendos, quos capacitate, & virtute sua receptiua absolute non contineat, sit sane; ut ni ipsi inter se pugnent, & aduersentur, quantum de se est, possint omnes simul recipere, quin amplior potentia receptiua capacitas, ad eos omnes simul, quam ad successiue recipiendos requiratur. Bene ergo à potentia receptiua successiue specierum locutionum angelicarum sibi non aduersatur, sine termino infertur potentia intellectus angelici receptiua earum simul, sine termino: etsi ex repugnantia infiniti cathegore-

matici, & in actu rerum creaturarum, in quouis genere (quam Doctores aliqui defendunt) earum omnium simultanea receptio repugnaret extrinsecus; non autem ex defectu intrinseco potentia receptiua.

6. Inferes cum Ariaga: ergo potentia illa receptiua simul omnium earum specierum, sine termino, est infinita quod creatura repugnat, ut supra permittebamus inferri: siquidem, ad infinitos effectus, quos essentialiter continet potentia receptiua; eidem objectioni subiaceri ipse cum Doctoribus reliquis: siquidem totidem, nulla dempta, continere debet, ut possit eas recipere successiue: imo continentia actiua (quæ Ariaga teste citato n. 50. §. ego in hac quæstione maioris virtutis, & perfectionis est) ab eo admittitur §. Respondendum ergo: sub med. n. 54. concedit enim ignem infinitos ignes, & calores continere; & tamen ignis infinitam actiuitatem intrinsecam entitativæ, omnino negabit. Respondendo pro omnibus huic argumento (quod omnes vexat, totamque permeat Philosophiam, & Theologiam.) Infinitatem termini, seu extremi extrinseci, quem intrinseca sua entitate transcendentaliter potentia respicit, & essentialiter concernit, nullam illius argueret infinitatem, etsi ex infinitate termini, seu extremi illius extrinseci, quod respicit intrinsece maior, in illa perfectio arguatur, & ex infinitate extremi angescat, quam in rebus aliis generis eiusdem, quæ finitum extremum, seu terminum essentia sua respicerent: quia ex termini, siue extremi, ad quem res essentialiter relatione transcendentali referuntur, proportionem, non quidem arithmetica, sed solum geometrica crescunt res ipsæ relata, & augescunt: ut pro defendenda à simili argumento (ratione materiæ virgienti) possibilitate visionis creatæ, & finitæ Dei in se intuitivæ, & beatæ Scolastici veteres, & ex illis reliqui respondere solent: sed quoniam antiquiores, quid sub eis vocibus conceperint, & dixerint, fusius non explicuerunt satis, præfata solutio, tanquam vacuum nominum à multis redargui, ac fere ludibrio haberi caput: eius tamen soliditatem, eorumque nominum medullam enucleauimus. 1. de Deo vno controu. 1. d. 5. q. 3. cert. 3. quod, scilicet, quæ arithmetica proportionem ex terminorum, siue extremorum extrinsecorum, ad quos transcendentaliter referuntur, & quibus subinde essentialiter connexa sunt, magnitudinem, siue entitativam, & ex genere, siue continua, siue discretam præ aliis, quæ non adeo magna extrema, & terminos respiciunt, angescunt ita debent crescere, ut minorum perfectionem, quam ex paucioribus, & minoribus extremis, terminisque ad quos essentialiter referuntur, in se contineant, & ex pluribus aliis, seu perfectioribus terminis, quos essentialiter respiciunt, quasi numerorum accremento (quod arithmeticum est) pro extremorum, seu terminorum maiori, & maiori perfectione, & magnitudine, vltiorem, & vltiorem magnitudinem, & perfectionem addere debeant: vnde quantalacumque perfectio, ex terminis, seu extremis, ad quæ res ipsæ transcendentali relatione connexæ, addatur, si hæc infinita sint, atque aliis extremis finitis, quibus res aliæ connectuntur infinite excedant, infinitas rei, quæ infinito extremo, terminove connectitur euidenter demonstratur: quod secus habet, si solum proportionem geometrica ex magnitudine, & perfectione terminorum maiore, vel minore res ipsæ connexæ, atque ab eis extrinsecus specificatæ crescant, & decrecant, quin imperfectioris rei perfectionem perfectior; contineat, & aliquid addat, sed se tota maiorem, ex genere seu specie sua ex nobiliori, maioriq; extremo, quod respicit, & à quo subinde, specificatur, perfectionem trahit, sicut trahit, quæ minorem terminum, imperfectiusque extremum, à quo extrinsecus specificatur, respicit, trahit, ex specie, genereque suo perfectionem: quod solum augmentum decrementumq; geometrica proportio requirit, scilicet, ut sicut à suo extremo imperfectiori, & minori, res quæ illud essentialiter respicit, suâ specificam perfectionem trahat quæ extremum maius, & perfectius respicit suam

b b 2

(maiorem

(maiores scilicet) proportionem seruata trahat perfectionem. Porro ex dictis probatur, atque ab obiectionibus vindicatum manet, quod Soanij conclusioni, expressius saltem, addimus de potentia cuiusvis Angeli receptiua simul specierum omnium possibilem sine termino Angelorum omnium, qui de facto sunt, & qui absolute esse possunt.

7. Dico tertio, & ultimo (in proloquio illius pluribus intentus minor est ad singula sensus, & communi Doctorum de eo intelligentia generali de omnipotentia vitali cognoscitiua & appositiva, etiam pure spiritali, ac prorsus independentem à corpore, eiusque organo operante) nullus Angelus habet potentiam actiuam vitalem audiendi in actu secundo, simul Angelorum omnium, non solum absolute possibilem, sed de facto adhuc absolute existentium locutionem omnes possibilem, etsi simul omnes loquerentur, atque vt conel. 2. docuimus, eorum omnium, sine termino, species simul, quisque Angelus absolute possit, & recipere, atque eos omnes, simul loquentes, in actu primo simul audiret. Ratio ex i. a intellectu, & statuto proloquio est in promptu. Quia auditio Angeli in actu secundo est intellectio audientis locutionem loquentis, vel loquentium ipsi: est intellectio, & cognitio vnius obiecti, vel saltem aliquorum intellectus (etiam spiritalis atque independentem à corpore, cuiusque organo operans, & intelligens) distrahitur ita ab aliorum obiectorum intellectu, vt vix aliis intelligendis (praeterquam si plura alia sint) possit intendere: ergo tot intra numerum finitum possunt alia obiecta cognoscenda addi, & multiplicari, vt, ne vix quidem, eis simul cognoscendis, seu intelligendis de facto, & in actu secundo locutionibus omnibus omnium Angelorum absolute possibilem, aut existentium, ac citius possibilem etiam illorum omnium species impressas proprias simul habeat possit intendere. Si quidem distractio hanc non defectu virtutis actiue specierum, quae ad suum obiectum, sed intellectiue, quae finita est, provenit: & proinde, si in cuiusvis, obiecti cognitione, aliquid eius ita impendatur, vt alteri intelligendo aliquantulum distrahat, & deficiat, plurium, & plurium etiam finitorum, (necum finitorum, intellectu, ita exhauretur virtus, & attentio intellectiua, vt nulli alteri obiecto percipiendo intellectiua virtus, & attentio superfit. Id quod experientia intellectus nostri, cui non admodum multis intelligendis intentus, vel vni alteri intelligendo, virtus, & attentio non superest. Etsi autem intellectui Angeli, cum ob eius perfectionem maiorem, tum ob independentiam à corpore phantasmatis, organique corporeis in intelligendo, pluribus multo, quam nos, intelligendis posse, simul intendere fatendum sit, sed de pluribus intra numerum, & finitatem, & quibus numerus maior esse possit, est solummodo admittendum. Cum autem auditio, in actu secundo, nil aliud, quam locutionum aliorum Angelorum cuius alteri loquentium sit, manet ex eius proloquio communi intelligentia probata legitime conclusio.

8. Quoniam vero eius proloquij Aristotelici vniuersalis intelligentia & sensus nunquam mihi ita certus visus, atque reliquus, est praefata conclusio, non adeo, ac aliis, firmus adhuc, etsi eam probabilem ab extrinseca fere omnium autoritate, quam à ratione (quae minus mihi verè proloquij intelligentiae subnititur, etiam subiuncta ratione alia, quam supra tetigi, ac deinceps explicatus propositionem) asserere non dubito. Idcirco, me, eam conclusionem reuertentia communis intelligentiae proloquij illius sequi profusus sum: si quidem proloquium, ex Aristotelis Doctrina, & experientia ortum in potentiis cognoscitiuis & appetitiuis subsequenter vitalibus sensitiuis, ac materialibus locum habere, verba ipsa sonant, quamuis, cum experientia, tum ratione, eius insensitiuis, & materialibus deprehensa, ad spirituales nostrum humanum intellectum (qui dependenter à phantasmatis, & organo corporeis, pro statu hoc coniunctionis, cum

corpore intelligit) ac voluntate, pro eodem statu merito ab omnibus extenditur. Etenim experientia, nos non posse pluribus valde simul intelligendis intendere, quin aliorum intellectu, ac similiter volitione, aliorum intellectu, & volitione, aliquid detrahat, atque, ac obiectorum pluralitas cognitiui, & appetitiui, sensitiui officiat. Experientia item non minus plurium obiectorum intellectu, & volitione magis nos laborare defatigare, quam, si vnum totum, vel pauciora obiecta intelligeremus, atque appetere. Ratio pro sensitiuis hinc, & spiritualibus potentiis nostris est eadem: quia, cum spirituales etiam, potentiae nostrae phantasmatis, & organo corporeis ad suos actus, pro statu coniunctionis, cum corpore, egeant, atque organa haec ad phantasmata, & cognitiones, & appetitiones, sensibiles meliores, ac intra suum, quasque genus, perfectiores eliciendas, viuidioribus speciebus, quae viuiditate sua sensum, & potentiarum sensibilibus organa laedunt, eorumque temperiem debent, & iustam minuunt, atque accedente spirituum vitium calidissimum, & quasi vitalis corporis ignium, ad perfectiores operationes illas necessaria copia, quandoque fere totam dissoluunt: vnde eorum distemperie, & dolor: cum autem pluribus perfectis obiectorum plurium cognitionibus simul habendis, vel tanta spirituum vitalium, quanta opus esset non ita facile succurrat, ac si organo sensus interni, simul adderet, temperiem eius maxime laederet, sit, vt, si plura obiecta simul imaginemur remissius, vnumquodque per phantasmata percipiamus, & quo plura imaginemur remissius, vitalibus spiritibus ad plures cognitiones cum potentia, quam ad singulas edendas vnumquodque diuisis, quorum, quo plures cognitiones, est remissiones sunt, copia aderit maior, quae organum laedat, & grauet, non sine dolore, laxatione, lassitudine, & defatigatione, quam experiri, dum plura imaginemur, & intelligimus: quia in statu hoc coniunctionis cum corpore intellectu noster, non nisi dependenter à phantasmata, & phantasmatis, quae illa circa obiectum quoduis à nobis intelligendum operetur, possumus quidquam intelligere. Haec autem omnia intellectu, & intellectu Angelico (idemque est animae separatae) qui profus, independentem ab organo corporeis, & phantasmatis intelligit, non eueniunt: quare non est vnde pluribus, quam paucioribus, vel vni obiecto cognoscendo, magis distrahat defatigetur, & laboretur quavis intentione, iuxta speciem suam singula percipiat.

9. Quod autem operationes intellectus, & voluntatis omnes etiam independentem à corpore, eiusque organo, & phantasmatis eliciat circa obiecta sua veniunt, in eaque, suo quoque modo, potentiae earum eliciuntur per eas operationes frantur, ac proinde, quod amplius, ac vehementius in vnum obiectum fertur minus in aliud ferti, atque attendentia in illud distrahi necessario debeat: ac demum attendentia in vnum, si tota in aliud intentione feratur profus impeditur (vt nom. 2. retinimus, & cursim docebamus) non nimis vget, in primis enim (quoad praefata attinet) intellectu intellectibus suis in obiecta, quae percipit, non fertur quidem, sed illa potius ad se trahit (vt Philosophia tota cum Aristotele fatetur) eorum in se imaginibus, & formalibus representationibus expressis: vt propterea intellectus esse vniuersaliter phantasmatis, quibus haec in sua obiecta ferti dicuntur, voluntatis, in obiecta sua localis non sit, & quasi à voluntate ipsa in varia loca, & à suo proprio simul mouenda, & distrahenda, vt in plura, obiecta feratur: sic enim neque in duo obiecta ferti simul quantumvis remisse possit. Est autem motus ipse affectiuis, & imitatus, atque in obiecta non quidem, vt localiter, sed intentionaliter praesentia, seu representata, per eorum intellectiones, quae plurium,

plurium, simul, & plurium esse in intellectu, æque etiam vniuèrse possunt, ac si vnum quodque seorsum intelligeretur: neque enim sibi inuicem eorum intellectus indiuisibiles, nec, quod intentionem, aduersantur, nec communem obiectorum intellectus, quasi inter eas, quæ de facto simul sint partitendæ, ultra quam, nil amplius intentionis simul edere intellectus possit, ac proinde, quo plures simul fuerint, minus singulis intentionis obueniat, cuiusvis obiecti cognitio suam, nec alterius cognitioni applicabilem intentionem, ad eamque ipsi adiungendam intellectus pro specierum intensiorum, perfectiorumque, inuicem debiliore, potentiorive, minorem, vel maiorem, quod ipsum de intentione actuum voluntatis, prout hæc obiectorum cognitione si ea necessario prosequatur, viuidiore, perfectioreque, vel remissiore, & imperfectiore proponantur, quamuis circa ea, quæ libere, & ex indifferente potestate sua prosequitur, maior, minorve affectus intensio, vi, & affectus ipse ab eius tandem libito, & arbitrio, cui reliqua in operando subduntur, proxime pendeat. Confirmantur hæc omnia ex visione, & amore beatis erga Deum, obiectum intellectus, & voluntatis creatæ virtute præcellens: & tamen, quod interiores, ferventioresque in Beato quous sunt, eò plura ipse perfectius videt, & ferventius amat. Tantum abest, ut obiecti tanti, quod infinitis creatis, non æquivalent solum, sed prævaleret infinita cognitio & affectus, eorumque intentio intellectus, & voluntatis potentiam & virtutem, ad alia, vel absolute, vel intense simul intelligenda, vel minuat, vel exauriat. Denique obiecto ex infinita multitudine futurarum, & possibilem locutionem ab Angelis, qui de facto sunt, & qui esse possunt, simul, ut diximus, à quous Anglo audibilium ad quod infinita virtus intellectiva requirenda videtur, solum manet in simili de potentia receptiva specierum totidem, simul numero 6.

QVÆSTIO VI.

De peccato Angelorum Apostatarum.

DISPVTANTUR hic multa ab aliis, quæ nusquam ad peccatum Angelorum in particulari (de cuius examine in præsentia) sed ad præuia cuiusvis peccati rationalis creaturæ cuiusvis spectant: quale est illud de ignorantia (siue positiua, quæ error sit, siue negatiua, aut priuatiua, quæ solum sit defectus cognitionis quoad substantiam, vel quoad intentionem) quæ ex parte actus primi ad peccatum, quodvis prærequisita alteri videtur, Ierem. 12. & Psalm. 12. sap. 5. & à Patribus recitatis à Vasquez, 1. 2. disputatione 3. capite secundo, & à Theologis pluribus, Ales. Sanct. Thoma, 1. part. & 1. 2. Caietano ibi cum Thomistis Dominicanis Ferrara, & aliis, quos Vasquez citatus, & Soarez, libro septimo, de Angel. cap. 4. referunt sed cum hæc cuiusvis peccati generaliter præuia sint, vel secus, intempeste hic disputantur à Soarez, proxime. Alarcon, disp. 9. c. 3. Arriaga, disp. 23. à scilicet 2. per totas sectiones septem, ita enim sub tractu de peccato Angelorum, de libertate, atque aliis omnibus ad peccandum, generaliter prærequisitis agi oportere: solum ergo disputari hic oportune de ignorantia poterit, an de facto ex illa Angelorum peccatum processerit, & si in eis, ut in nobis ignorantiam peccato præcedere necessarium non sit. Similiter extra chorum hic disputatur ab aliis, an Deus creaturam rationalem natura sua impeccabilem condere possit: siquidem Angelum impeccabilem natura sua non esse, sed peccati capacem,

& fides docet, & questionis titulus supponit: atque inde primi peccati ipsorum genus, seu speciem, ad quam pertineat inquiri, ubi plurium specierum peccata post commissam insinuauimus, ut primi indiuicatio nostræ disputationi sublit.

CERTAMEN I.

Quæstioni supposita statuuntur.

1. Peccatum Angelorum, extitisse certum de fide est, 1. Ioan. epist. cap. 3. ab initio Diabolus peccat, & idem Ioan. in suo Euangel. cap. 8. 44. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & 2. Petri, 2. si enim Deus Angelis peccantibus, cui accinit Iudas in sua canonica epist. num. 6. Angelos, qui non seruauerunt suum Principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, item blasphemiam peccatum expresse à Beato Iuda in sua Canonica, n. 9. ubi Michaël, iudicium inferre blasphemiam. Diaboli non ausus dicitur. Deinde supra à nobis, & hic iterum recitandis cert. 1. Luciferum Daemonum Principem spiritus relatione, & superbia grauiter multum deliquisse expressum est. Rursus ex eorum damnatione, ac panis inferni æternis, inflicti à Deo iustissime, ut locis Petri, & Iudæ recitatis illico subnectitur, & Math. 25. 41. ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis Diabolo, & Angelis eius. Denique ex malis demonum erga homines & Deum odio infensissimo, officiis, tentandi, suadendi, atque arte omni impellendi nos ad peccatum, ruinam, nostramque omnem perniciem, ac perditionem, quod ipsam malos Angelos in via statu, cum contra bonos, tum contra eos, qui nondum de iniuncti præcepti obseruantia, vel transgressione deliberauerant, præstitisse ostensum supra à nobis fuit: ex quibus non vnum tantum, sed multiplex grauissimum Angelorum aliquos, malorum scilicet, peccatum aperte monstratur, & quorum aliqua aliis natura, & causalitate præcedant. Accedit argumentum ex præstigiis incantationibus demonum, atque enigmatis peritum, quod non solum pro Angelorum absolute, sed & malorum existentia efficacius est, quam ab Arriaga putatur. Sed duo hic cursim examinanda se offerunt. Primum: an omnes Angeli, qui peccato infecti non fuerunt, in gratia, & sanctitate persistant, persistente adhuc, sintque deinceps ad postremi usque iudicii diem persisturi: ita, ut Angelorum, in bonos, & malos adæquata sit, constansque, & perpetuo duratura, sine ulla ipsorum ab vna in aliam partem transmutatione diuisio? Secundum an mali Angeli natura sua, atque, ex eius determinatione ad malum peccauerint.

2. Circa primum, error triplex aliquorum reperitur pro triplici dubio in eius propositione, tacto. Primus est aliquorum Philosophorum apud Augustinum, 1. de ciuitat. cap. 11. Suarez citato, lib. 7. cap. 1. diuidentium Angelos in caelestes, id est absolute bonos, & Beatos, & alios hominibus perniciosos, & terrestres alios, & hominibus beneficos: quasi terrestres mediæ inter bonos, & malos, id est sanctos, & peccatores conditionis tertie sint, ut nonnulli interpretantur. Ego vero cenleo tri-membrem hanc Angelorum diuisionem à Philosophis, non penes malitiam, & bonitatem, siue sanctitatem moralem, factam fuisse, sed penes commodi, vel proprii, vel alieni bonitatem: ut caelestes primi membri Angeli intelligantur, qui summa commoditate, ac felicitate propria in caelis perfruuntur toti, toti cuiusmodi fructuoni intenti, nihil de nostris commodis, vel incommodis curantes: terrestres, qui nostrarum rerum satagunt, & commo-

bb 3 dorum,